

taught

Alexand

Metaph

Metaphysicks

~~[illegible]~~

Ms:

Tractatus metaphy[sicus]

Inchoatus Die Septimo Mensis Julii
Anno millesimo Septingentessimo
Vigesimo Secundo.

Anderas Vilans

Caput Primum

De Metaphysicæ Definitione Genere, et Objecto.

Metaphysica est Philosophia Speculativa explicans naam Entis qua talis sive Entitatis Actualis prout e Attributa Singulis Individuis com.

Genus Metaphysicæ e Philosophia Speculativa. Obtum Metaphysicæ e Ens qua Ens: i.e. Ens in Coi, ut Prædicabile de uno quoque individuo vere et realiter existente. Metaphysica ē ea tradit Attributa et affectiones, quæ singulis individuis Entibq conveniunt: o e tamen ista reduplicatio ita Intelligenda quasi ea sola in hac Scia considerarentr quæ nerio ita ex natura Entis fluunt, ut Ens, ee o possit, nisi ipsi eadem convenirent; sed primo ut comprehendantr in hac Scia ea sola quæ unicuiq Enti, ut jam res conveniunt, et Excludantr quæ propria st partibus Entir Speciebus. 2ndo ut excludantur Entia mere possibilia qua talia quæ o st sub Metaphysices obto comprehendenda, cum sint o Entia, quibus nulla competunt Attributa, nullæ affectiones. Metaphysices Objectum in Se eta parte Rei considerata ab ipsis individuis quatenq coi notione Entis conveniunt; d distinguitr; Mens a hic ut in aliis Scis suo utitr compendio, quo, cu nequeat singula percurrere et seorsum considerare præscindit Attributa.

istud Ens tam a Caeteris Inferioribus Attributis, qm ab individuis ipsis: ita ut Entia d7 repraesentant3 per Ideam Urlem secund7 convenientiam suam. in isto Coi Attributo habeant3 pro uno quasi Ente Coi; quae Urlitas ō ē a parte Entis repraesentati sed a parte Mentis repraesentantis

Caput Secundum

De

Principiis Metaphysicis ---

Principium laxo Sensu sicat id ōe a quo aliquod est, fit ū cognoscit3

Hinc orit3 Distinctio Principii in Principia Essendi et Cognoscendi

Principia Cognoscendi st teri ū proies prius nota, quarum ope per Discursum ad aliorum minus notorum cognitions pervenimus.

Dividunt3 in Complexa et Incomplexa.

Complexa st Veritates ū Proies prignotae ex quibus, ū per quas aliae mingnotae innotescunt.

Incomplexa st Complexor7 Principior7 teri ex quibus componunt3

Complexor7 Principior7 alia st per se nota, alia per Demonstrations.

Haec Principia H7 dicunt3 alior7 Veritat7 quia ex ipsis demonstrari possunt; respectu vero alior7 Principior7 ex quibq ipsa deducunt3, st Contiones: illa vero et quatenq aliorum cognitioni acquirendae inserviunt, et quia nullius alterius ope indigent ut cognoscant3, Principia maxime proprie dicunt3.

Principia metaphysica Incomplexa sunt seri simplices, Ideae nempe et Subjecta ex quibus componitur Principium Complexum.
Principia Metaphysica Complexa varia enumerantur; qualia sunt Impossibile eidem simul esse et non esse, nihili nullae sunt affectiones, nihil est in effectu quod non prius fuit in Causa, agere supponit esse, nihil est causa sui ipsius. et hujus generis alia multa.

Caput Tertium
De
Principio Absolute Primo

Principium absolute primum est quod per se sine actu discursivo cognoscitur, et a quo reliquae omnes veritates ita dependent ut sine ejus auxilio intelligi nequeant.
Distinguendum est inter Veritates necessarias perpetuas sive immutabiles et Contingentes, sive mutabiles: Distinguendum etiam est inter Principium ex quo et Principium per quod: Illud est in quo Veritas deducenda continetur: Hoc est per quod eadem in Principio ex quo contineri ostenditur.
Etsi variae sint Contingentes et mutabiles veritates, sine Discursu clarae nobis et notae, una unica tamen est veritas necessaria cujus necessitas per se Innotescit.
Etsi plura sint principia per se nota ex quibus aliae Veritates deducuntur, unicum tamen est principium absolute primum, per quod necessitatem nexus inter veritatem deductam et illam ex qua deducitur cognoscimus.
Principium dicto sensu absolute primum est effatum istud, non potest aliquid simul esse et non esse vel Contradictoria non possunt esse simul verae.

Veritatis alicujus necessitatis investigantes sic argumentando progredimur. Hujus contradictorium ẽẽ ō potest, quia contradictio ē, ū contradictionem involvit, ō potest fieri, quia contradictoria ō possūt simul ẽẽ vera: aliq. ā contradictoria ō possit ẽẽ, ea ē veritas necessaria. Ut verbo dicam scimq necessitatis Primum ex eo quod earum contradictio impossibilis sit, scimus earum contradictionem impossibilem ẽẽ, quia in se contradictionem involvit et hoc quidem per dictum Principium Er: a primo ad ultimum scimus necessitatem prim. veri. earum per idem principium.

Caput Quartum
De
Natura Entis, Existentia & Essentia.

Vox Ens nunc laxiori nunc strictiori, nunc medio sensu usurpatur: laxo sensu sicat quicquid ē, aut concipi potest: ita ut comprehendat ō solum res realiter existentes, sed res Chimeras et figmenta a nobis fingibilia: Stricto sensu sicat solam substantiam sive id quod per se subsistit, ita ut accidentia sive modi ab ejus ambitu excludantur et ō tanquam entia, sed tanquam aliqd Entis considerentur. Medio denique sensu quo in tradita Metaphysicae definitione sumitur sicat id vel qd veram et realem habet existentiam. Praeter hanc vocis explicationem nulla alia requiritur Entis Defio. nec equidem res ipsa aliam admittit, quippe Ens ē ex earum numero quae adeo sunt clara et simplicia, ut clarius explicari nequeant.

Voces Essentia et Existentia sunt nonunqm Synonyma eandem rem significantes, et nec realis nec Rationis distinctio ē inter significatum unius et alterius nonunqm significantes Res Ratione ttr differentes nimirum Essentia aliquando sumitur pro complexione oium attributorum essentialium et graduum Metaphysicorum et vocatur Essentia quatenus Ens quodlibet in sua Specie constituit et ab oibus aliis primo: ordine distinguit, dicitur et Quidditas termino Scholastico et barbaro quatenus per Definitionem explicatur; dicitur etiam natura, quatenus ab eadem procedunt actiones, ipsique alia competunt affectiones: aliquando sumitur pro supremo ttr gradu Metaphysico prout praescinditur per Mentis operationem a reliquis Inferioribus ie scilicet Rei Entitatis abstracta ab haec vel ista specifica natura: quando Essentia hoc posteriori sensu usurpatur nulla, ne ū Rationis distinctio Intercedit inter ipsam et Existentiam: quando vero priori sensu accipitur intercedit distinctio sed rationis tantum.

Nullam ēē Realis Distinctionis inter Essentiam et existentiam, ita ut his tanqm ex duobus realiter diversis partibus Ens componatur, hoc Argumento probamus: si Essentia esset aliquid realiter distinctum ab Existentia, tunc erit Ens aliquod Integrum (quippe cui convenires integer Entis conceptus) distinctum ab Existentia, et vicissim Existentia erit Ens integrum et totum distinctum ab Essentia et sic ō partes erunt ad constituendam Entis ū Entitatis naturam concurrentes, cum singulae comprehenderent naturam totius, quod

facere nequit ulla pars Essentialis; nisi velimus tot7 o ee majqsua parte; qd vere singulæ seorsum sumptæ, tam Essentia qm Existentiæ, casu qd essent realiter distinctæ integram naam Entis comprehenderent, v inde clar7 e qd essent singulæ aliqd, o nihil: inter Ens a, quo sensu a nobis sumit, et nihil, vulgare acceptione, null7 dat3 Medium: v Ergo nullam ee reals distinctions inter Essentiam et Existentiam, v istas o ee Essales Entitatis partes, sed Entis distinctas species fatendum est.

Caput Quintum.

De Conceptu Entis in Ordine ad Inferiora et quo Sensu Rerum Essentiæ dicantur esse ab Æterno.

Dis tinguere solent Metaphysici conceptum Entis in Formals et Objectiv7: Objectivus nihil aliud est qm ipsius concepts objectum, sive id quod ab Intellectu concipit3: Formalis autem est ipsa Idea sive Forma sub qua obt7 aliquod repræsentat3

Datur unus Entis conceptus Formalis et objectivus.

Conceptus e Formalis, sive Idea Ens repræsentans quoad suam naturam et Entitats est (ut et omnia quæ existunt in rerum natura) unum quid est [illegible] singulare; unus etiam est repræsentative quatenus omnia Entia sub una Forma pro ut in uno communi Attributo conveniunt repræsentat. Conceptus etiam objectiv9, si objectum conceptus quatenus per Jllect7

a. Specificus Attributis et individuus ... ∧ præsino
[illegible], est unum quid singulis individuis commune, a parte rei vero est multiplex quoniam ab ipsis non distinguitur.
Analogia est Duplex, proportionis et Attributionis
Analogia Proportionis est Æquivocatio a Consilio. Analogia Attributionis ē Genus quoddam cujus una aliqua Species ab Altera quoad istam communem naturam dependit: quo modo Accidens dependet a Substantia, Creatura a Creatore quoad Suam Entitatem.
Conceptus Entis respectu inferiorū ē Analogicus Analogia Attributionis; quippe quorū Inferiorum alia ab aliis prædicto modo dependent.
Quæstio ē num rerū Essentiæ æternæ sint et Immutabiles nec ne: non quidem an res omnes ab æterno exstiterint, sed an prout potentia sunt, ū fuerunt in Causa prima, possunt pro ejus arbitrio mutari et fieri diversæ
notandum est per istam Phrasin. Potentia esse in causa nihil aliud significare quam quod causa potest res istas producere: sensus itaqz quæstionis erit an Deus pro Arbitrio possit efficere ut res quædam similes sint prorsus æternis in sua mente ideis, et tamen habeant plura ū pauciora attributa quam quæ peristas ideas repræsentantur: ū sic an Deus possit efficere ut res essent eædem plane et tamen haberent diversa attributa i: e: ut essent eædem et tamen diversæ,
Hanc Quæstionē claris tt[illegible] lēris proponere est controversiam determinare; nam quis non

videt rerum Essentias dicto sensu ee immutabiles nisi apertam admitterent contradictionem

Caput Sextum
De
Affectionibus Entis

Affectio in Genere dici solet quicquid de re aliqua extra essentiam prædicatur.
Affectiones Entis dividuntur in Notionales et Reales.
Notionales (quæ Attributa sive proprietates Entis potius sunt dicendæ) sunt proprietates quædam Entis naturam individuis inconcomitantes, et realiter cum eadem identificatæ: atque sunt v simplices, v disjunctæ sive combinatæ.
Affectiones Notionales Simplices sunt quæ possunt singulæ seorsim de unoquoque Ente vere affirmari.
Disjunctæ affectiones sunt quæ non nisi binæ conjunctione disjunctiva copulatæ Entis latitudinem metiuntur.
Reales Affectiones sunt Entia quoad realia sub respectu quodam ad alia relata, quæ realiter distinguuntur ab iis ad quæ referuntur.
Præcipuæ Affectionum Notionalium Simplicium Species sunt Unitas, Identitas, Veritas, Bonitas, Ubi et Quando.

Caput Septimum.
De
Unitate et Identitate

Vocabulum Unitas vel usurpatur pro conjunctione sive nexu partium ex quibus totum aliquod componitur, v pro Convenientia rerum inter sese, v pro Indivisione Rei in se.
Unitas primo Sensu competit rebus com-

positis, quæ dicunt Unæ, quatenus ex pluribus conjunctis componuntur: alias Tota propria vocabulo appellant.
Unitas 2ndo sensu significat convenientiam inter Res quasvis: et est vel Essentialis vel Accidentalis.
Convenientia sive Unitas Essentialis vel est ratione omnium Attributorum Essentialium, et vocatur Specifica vel ratione unius aut plurium, sed non omnium, et vocatur Generica. Convenientia sive Unitas Accidentalis subdividitur ratione diversæ naturæ sive conditionis Attributorum Accidentalium: quorum quædam magis Intrinseca quædam magis Extrinseca sunt.
Præcipuæ Convenientiæ Accidentalis ratione Accidentium magis Intrinsecorum species sunt ratione Qualitatis, Similitudo, ratione Quantitatis continuæ, Æqualitas ratione Quantitatis Discretæ sive Numeri, Paritas.
Unitas 3to sensu, quæ hujus loci est, est Entis Indivisio in se, vel Attributum cujus ratione Ens dicitur in se Indivisum. Quæ Indivisio excludit plures Essentias proprias totales: et hactenus omne Ens unum sive Indivisum in se dicitur, quatenus non habet plures Essentias Totales sive Proprias, quæ singulæ possunt cum ipsa reciprocari
Unde constat ad Unitatem Transcendentalem in rebus compositis sufficere qualemcunque partium unionem; quia quomodocunque Partes totum aliquod constituunt, ita saltem semper constituunt, ut non possit dividi in plures Essentias adæquatas i: e: quarum

Singulæ seors. sumptæ possunt cum Essentia Solius reciprocari.
Constat inde ō solum Ens dici unū, quia actu non dividitꝫ in plura, sed nexio unū ēē qm diu istud Ens manet; quia ne ista quidem dividi potest, ut maneat istud ipsū Ens et tamen sit plura: siquidem ēē plura, et habere sive comprehendere plura toto cælo differunt.
Unitas et unicitas aliqdo sͭ diversæ significationis; Unicitas ē denotat rē aliqm talis ū talis naā solam ēē ū existere, et nullam aliam.
Unitas Transcendentalis est numerica, singulis individuis Entibus in se spectatis conveniens, cujus ratione unumquodqꝫ hoc unum indivisum est, ō plura.
Ut Ens sit Numerice unum ō requiruntur aliqua Principia Individuationis ab ipso Ente distincta, cum unūquodqꝫ Ens per suam Essentiam sit unū qūd et Individuum.
Notio Unitatis aliqd positivū involvit, sed etiam aliquo modo negativa ē: unitas nimirū spr in sua notione involvit essentiā sive aliquid de Essentia affirmat: sed ut aliquid spr involvit, sic aliquid semper excludit, nempe pluralitatē sive entiū multitudinē
Hoc Attributū Singulis Entibꝫ convenire ita probatur:
Omne Ens ū ē unū ū plura: si sit plura, ō erit Ens in singli, verū Entia in plurali numero: sin supponatꝫ nec unū nec plura, utique nihil, ū nullū Ens erit, quia unū minimū

est quod differt a nihilo.
Unitas nihil reale praeter Essentiam Enti superaddit; quod ita apparet: Si unitas Entis Essentiae aliquid superadderet, illud superadditum esset Ens; nam quicquid realiter existit Ens ē: Si esset Ens, ipsi iterum sua competeret Unitas; (cum Unitas sit Catholicum Entis Attributum ut supra demonstratum ē) cui iterum Unitati (cum et ipsa Ens esset) sua competeret Unitas, et sic in Infinitum, qd ē absurdum.
Quemadmodum omne Ens ratione Indivisionis in se unum demonstratur, sic quoque ratione Divisionis ab omni alio dicitur Idem.
Identitas est Attributum quo unumquodque Ens id ipsum quod ē, et n̄ aliud ēē dicitur.

Caput Octavum.
De
Pluralitate et Diversitate.

Pluralitas uni alicui Enti seorsum sumpto competere nequit, verum multitudini plurium attribuitur: et vocatur alias numerus qui considerari potest v̄ ut in rebus numeratis, et dicitur numerus Concretus, Materialis numeratus; v̄ ut ab iis ds separatus, et dicitur Numerus abstractus, Formalis, numerans, qui iterum v̄ determinatus ēst v̄ Indeterminatus sive Indefinitus.
Diversitas, Distinctio, et Differentia aliquando voces sunt Synonymae, aliquando diverso sensu usurpantur: nonunquam oēs denotant ipsam istam relationem quae inter res.

varias intercedit: nonunqm diversitas sicats precise distinctionem Realem, ō vero rationis; et differentia fundamentiq quo nititz distinctio aut diversitas, ū id cujus ratione res dicuntz diversæ aut Distinctæ.
Distinctio prout rebus ipsis competit, et ō ē actus Mentis distinguentis, ē affectio pluribus rebus inter sese comparatis competens, cujus ratione una ō ē altera: ab aliis dicitz negatio Identitatis.
+ Distinctio dividitz imprimis ū ratione fundamenti, ū ratione extremorum.
Distinctio ratione fundamenti ē ū Realis ū Rationis. Distinctio Realis ratione fundamenti ē ubi res a re aut Ens a ō Ente realiter differt, et ō per Mentis operationem ttm; dicitz hæc distinctio Realis ratione Fundamenti, quia ratio ob quam unū concipitz diversū ab alio est diversitas Prædicatorum, sive essentialiū sive Accidentaliū, sive utrorumqz uniqa Prædicatis sive Attributis alterius.
Distinctio Rationis ratione fundamenti ē modus quo quæ realiter eadem sunt tanquam diversa concipiuntz: et dicitz distinctio rationis ratione fundamenti, quia fundamentum ejq ō ē aliquid realiter diversū in uno et in alio, sed diversq ttū uniq ejusdemqz respectus, aut sileqd
Ratione Extremorū dividitz Distinctio in Realem, Modalem et Rationis
Distinctio Realis ratione Extremorū ē ubi termini distinctæ sunt res sive substant...
vel quæ

vel quae intercedit inter unam substantiam et aliam, ū inter substantiam et modū, ū inter substantiam et ō Ens: vocat͡ʒ a) Distinctio Realis ratione Extremor̄, quia alterutr̄, ū utriq͡ʒ extrem̄ Substantia ē, sive res strictissimo sensu. ʔdo utrumq͡ʒ Distinctionis hujusmodi Extrem̄ Ens ē reale, et positiv̄, vocat͡ʒ Distinctio positiva: qdo vere alter̄ Extrem̄ ē ō Ens, vocatur negativa: quae differentia competit etiam distinctionibus Modalibus.

Distinctio Modalis ē quae intercedit inter plures modos sive Accidentia, ū inter modū et ō Ens. Distinctio Rationis ratione Extremor̄ ē inter plura Entia Rationis sive ō Entia: quae quamvis nullum habeant Attributum, nec ullam affectionem realem, qua ab invicem distinguant͡ʒ, quasi tamen habentia concipiantur. Dispescitur Distinctio in Mutuam et ō Mutuam. Mutua intercedit inter ea, quorum unum existere potest sine altero, et vice versa.

Distinctio ō Mutua ē inter ea quorum un̄ existere potest sine altero, ast ō vice versa, alterum sine isto.

Distinguit͡ʒ adhuc Distinctio in Adaequatam et Inadaequatam.

Adaequata ē ubi nullū membr̄ distinctionis continetur sub altero

Inadaequata est ubi alterutr̄ membr̄ sub alio continet͡ʒ

[illegible] fundament̄ distinctionis sunt Attributa [illegible]entalia, vocat͡ʒ Essentialis Distinctio qdo [illegible]st Attributa Accidentalia vocat͡ʒ Accidentalis

Caput Nonum.
De
Oppositione et Ordine

De Oppositione in Logica satis dictu est. Si res plures et diversæ fuerint, sive Oppositæ, sive non, inter eas sp^r aliquis ē Ordo, qui vel est Prioritatis, ū posteritatis ū Simultaneitatis. aliquid dicitur altero prius, posterius, ū simul c^m eodem quinqꝫ diversis modis; tempore, Natura, Dispositione, Dignitate, et cognitione.

Ea sunt priora et posteriora, tempore, quo^r unū altero prius existit: simul tempore dicunt^r quæ eodem temporis articulo cæperunt existere: aliud tamen ē simul ēē tempore, et ēē Coætanea aut Contemporanea illa ē dicit^r Coæva quæ et simul existere cæperunt et simul existere desinunt, ū quorū unum incæpit existere priusq̄m aliud existere desinit.

Nūa aliquid prius posterius, ū simul c^m alio ēē dicit^r duobus modis, Causalitate, et existendi consecutione: id prius est existendi consecutione, quo posito ō nerio ponit^r illud, sed hoc alio posito nerio ponit^r istud; sic numerus binarius prior ē ternario existendi Consecutione, quia posito numero ternario nerio ponit^r binarius s̄ ō viceversa. Simul ēē dicunt^r secundū Existendi Consecutionē quæ ita se mutuo inferiunt, ut posito uno nerio ponit^r aliud, et vicissim ut si sit pater nerio ē filius et si sit Filius

nerio est Pater
Prior Causalitate ē oīs causa respectu sui effe:
tus quia causa dat effectui existere; et effectus
hactenus a causa dependet: hinc observare li:
cet ea ēe interd7 simul existendi consecutione,
quor7 un7 altero priq ē causalitate: quippe
variæ st causæ in quas et effectus tq neriq ē
nexq ut posito causa nerio ponat3 effectq, et
vice versa; qd ōio sufficit ad Simultaneitatem
secund7 existendi Consecutions; nec taēn im
pedit quo minq effectq dependeat a sua causa;
quod Soli requirets ad prioritats et posterita:
tem secund7 Causalitats.
Dispositione priora st, quæ minq, posteriora
quæ magis, simul, quæ æque a Principio dis
tant: hic ordo loc7 habet in rebq quatenq solu:
m modo numerant3.
Prioritas ratione Dignitatis nihil aliud ē qm
uniq præ alio præeminentia: et ista priora
et posteriora dignitate dicunt3, quor7 un7 digq
niq, aliud minq dign7 habet3 ut Rex ē dignior
Duce, Dux Marchione, Marchio Comite.
Prioritas tandem et posteritas Cognitionis rebq
convenit quatenq Intellectui nostro offerunt3
et ea dicunt3 cognitione priora quæ priq et faciliq
posteriora ā quæ postea et difficiliq innotescunt;
simul cognitione sunt quor7 uniq Cognitio ā
dependet a cognitione alteriq: interim ob:
servand7, ospr requiri temporis distinctions
in prioritate et posteritate cognitionis; nq sæ
nus dua aut plures veritates, quar7 unius
cognitio dependet ab alteriq cognitione, sim
ul

et eodem tempore ab Intellectu cognoscuntur
Sufficit ad ad prioritatem et posterioritatem cog-
nitionis, ut cognitio unius ex cognitione al-
terius per Discursum inferatur.
Caeterum alio etiam sensu res dici possunt simul
cognitione, quam eo quo supra diximus, nempe
cum unius cognitio nos ad alterius cognitionem
deducit, et vice versa: quo sensu bina relata
dicuntur simul cognitione.

Caput Decimum.
De
Veritate.

Veritas alia est Essendi, alia Cognoscendi, alia
Significandi: quarum prima tantum pertinet ad
Metaphysicam.
Veritas Cognoscendi denotat conformitatem
operationum Intellectus cum suis objectis: et est duplex,
Simplex nimirum et Complexa; quia vero Logi-
ca ad hanc veritatem consequendam primario
intenditur, dicitur, nec immerito, Veritas Lo-
gica. Veritas Logica Incomplexa et Simplex
est conformitas Apprehensionis nostrae cum
rebus apprehensis.
Veritas Logica Complexa est Convenientia
Judicii cum rebus Judicatis: et est vel Compo-
sitionis vel divisionis: Haec in Judiciis neg-
ativis, quae res distinguere, ista in Judiciis
affirmativis, quae res unire dicuntur locum obtinet.
Huic Veritati datur falsitas e regione opposita,
quae est difformitas Judiciorum nostrorum cum rebus
Judicatis: hujusmodi falsitas totuplex est.

quotuplex veritas cui opponitur; possumus enim judicare vel affirmando quae non sunt, vel negando quae sunt. Veritas Dicendi quae etiam Veritas Signi et Sermonis appellatur est conformitas sermonis nostri, sive viva voce prolati sive scriptis consignati, cum rebus de quibus loquimur aut scribimus, vel cum Mentis Sensu et cognitione: ex qua descriptione sponte sequitur divisio hujus veritatis in Logicam et Ethicam, et Logicae rursus in Simplicem et Complexam.

Veritas Ethica est conformitas Sermonis, aut aliorum Signorum externorum, quibus utimur loco Sermonis cum Sensu et persuasione Intellectus sive vera fuerit sive Falsa

Veritas logica est conformitas Sermonis aut aliorum Signorum cum rebus ipsis: et Subdividitur ut supra in Complexam et Incomplexam

Veritas logica in Dicendo Incomplexa sive Simplex est conformitas Simplicium terminorum cum Objectis Simplicium Idearum.

Veritas logica in Dicendo Complexa est conformitas Enuntiationum cum rebus judicatis

Caput Undecimum
De
Veritate Metaphysica

Veritas Metaphysica est Entis Attributum, quo dicitur id ipsum quod est, sine Mentis fictione. Hinc patet Veritatem transcendentalem unicuique Enti necessario competere. Implicat enim contradictionem ens aliquid realiter existere et tamen non esse id ipsum quod est

Caput. Duodecimum

De
Bonitate

Nomen Bonitas sicat v Convenientam alicujus rei c. alterig naa, ad sui ee v bene ee conducentis, et vocats Bonitas Naalis seu Physica: v sicat conformitats rationali. Action. cum lege divina obligante: et vocats Bonitas Moralis, sive Ethica. v sicat perfectionem Metaphysicam: et vocats Bonitas Metaphysica sive Transcendentalis.

Bonitas Metaphysica e Entis quoad Essentiam suam perfectio: sive Attributum quo Ens e id ipsum qd ee debet. Perfectio quoad Essentiam nihil e qm ipsa Essentia Considerata tanqm involvens eo oia quae ad sui complementum requiruntz, nec plura nec pauciora: quo sensu differt Essentialis Perfectio ab aliis Perfectionis speciebus, quae sto qualitatis, v Integritatis, oes a Accidentales.

Perfectio quoad Qualitats denotat praesentiam oium qualitatum quae Enti alicui in certo Specie constituto ad ipsius bene ee superaddi posst: quae perfectio gradus admittit tam Intensionis qm Extensionis.

Perfectio Integritatis denotat completum numerum partium quae ad totum aliquid Integrale constituendum requiruntz: haec perfectio admittit gradus Extensionis, o a Intensionis.

Sola perfectio Essentialis respuit oes gradus sive Intensionis sive Extensionis: cum ... de e effat. Essentias rer. constitu...

Individuo: quia si v minima perfectio essentialis desit, v de novo superaddits v destruets, tota Essentia v mutabits in aliq speciem.
Solent praeterea Metaphysici perfectiones distinguere in absolutas sive Simplices et perfectiones secundi quid: hae st quae aliquam spr supponunt involvuntq imperfectionē in cujus Supplementū conceduntr: Illae vero st quae oēm Imperfectionē prorsus excludant.

Caput Decimum tertium.
De
Rerum Ubi.

Axioma veri ē omniq qm triti Quod nullibi est, non est quo sicuts Ubi laxo sensu usurpatr: laxo sensu ē Attributi Entis quo dicits hic, istic v ubique existere: hic Entis considerandi modus sollumodo dicit ipsū ita existere, ut aliud aliquid ci eods essentialiter praesens sit v ēē possit.
Ci ubi aliqd uniciuiqs Enti spr competit et magna sit Entiū discrepantia opportet etiam diversū sit ubi pro diversitate Entiū quibq competit, et distinguits in Finitū et Infinitū: ubi Infinitū soli Deo competit, et dicits alias ubiquitas et Ubi Repletivū: ratione cujq pro modo concipiendi nostro Deus dicits ē ubicunqs Corpus ē v ēē potest.
Ubi Finitū ē qd creaturis competit denotans earunds existententiam hic, istic, vel

-bi definite et determinate: dividitz autem ratione hac diversarum creaturarum in definitum, qd Spiritibus Circumscriptivum, qd corporibus convenit: hoc ubi Circumscriptivum e qd spatium et locum proprie appellant.

Caput Decimum quartum
De
Rerum Quando.

Qdo Vocabulo late sumpto, potest definiri attributum cujus ratione res dicitz existere nunc, aut alio Durationis Articulo.

Duratio denotat permanentiam rei in existendo.

Duratio vulgo dividitur in Successivam ai finitam, et Simultaneam seu Infinitam: quarum hæc Soli Deo, ista Creaturis competit.

Duratio Successiva Subdividitz in Durationem Spiritibus competentem quæ Ævum passim nominatz, et durationem Corporibus convenientem quæ Tempus proprie dicitz: Ævum et Tempus quoad modum durandi nequaquam differunt; nam utrumque denotat successivam rei alicujus creatæ durationem.

Caput Decimum quintum
De
Dependentia et Independentia

Independentia denotat Entis Independentis quandam sufficientiam, quo nihil indigere concipitur eo respectu, quo e Independens, sive sit in essendo, sive in operando sive in utroque;
Dependentia denotat defectum, inopiam, sive

indigentiam, et vis sibimetipsi non sufficere, ab alio posse perfici, vel quoad Essentiam vel quoad perfectionem essentiae superaddendam, vel quoad utramque: quo digitur Independens est alio respectu eo perfectius est, et quod dependens est eo respectu est imperfectius.

Si dependentia consideretur respectu essentiae, ita ut res habeat suam essentiam a se, non ab alio dicitur tero Scholastico Asseitas, et res ita Independens dicitur a se esse negative, quia sibi ipsi ad existendum sufficit, omnemque dependentiam a Causis producentibus, sive conservantibus prorsus respuit.

Porro si aliquid concipiatur tantae esse perfectionis ut non soli sibimet sufficiat, sed et aliis quae ab ipso dependent, haec sufficientia communi voce vocetur Superabundantia et Exuberantia: sic quia Deus non soli sibimet ad existendum sufficit, sed et omnibus aliis a se diversis et esse et durare largitur, ideo dicitur Omnis Sufficiens, et perfectionibus superabundans; et haec ejus Sufficientia dicitur Omnis ufficientia, sive Superabundantia et exuberantia

Indepentia vulgo dividitur in Absolutam, et Independentiam secundum quid: illa soli Deo, Enti summe perfecto, sibimet omnimodo sufficienti et absolutissime ab omnibus aliis Independenti competit; haec Creaturis indicatque hoc vel isto modo sive respectu

sit esse Independentes: sic Substantia independens est a subiecto Inhaesionis.
Entis affectionem unicuique Enti competentem Hanc Dependentiam, aut Independentiam esse disjunctam Entis affectionem unicuique Enti Competentem sive omne Ens esse vel dependens vel independens ex primo principio clarissime demonstratur quia sunt teri Contradictoria.
Affectionum Disjunctarum sive Combinatarum (quae omnes ad Dependentiam vel Independentiam referri possunt) usitatatiores species sunt Simplicitas aut Compositio Contingentia aut necessitas, Mutabilitas aut Immutabilitas, Finitudo aut Infinitudo

Caput Decimum Sextum
de
Simplicitate et Compositione.

Simplicitas est Entis Attributum, quo dicitur Indivisible in plura: et id quod ita est indivisibile hactenus dicitur Simplex.
Compositio est Attributum Entis, cujus ratione Ens est in plura divisibile, quippe ex pluribus inter sese aliquo modo unitis constans: et quod ita est divisible dicitur compositum. Omne Compositum eo quod constat pluribus partibus inter se unitis, vocatur Totum, et ista plura, ex quibus componitur vocantur partes.

Tria vero requiruntur ad totum constituendum: pluralitas nempe Partium, earundem unio, et Causa Uniens.
Divisio Totius in Essentiale et Integrale atque totius Essentialis et Integralis Definitiones in Logica traduntur.
Totius Essentialis sive Physici, constituti et compositi dicti, Duæ sunt partes Materia et Forma.
Materia secundum Nomen dividitur in Materiam circaquam sive Objectum, Materiam in qua sive Subjectum; et Materiam ex qua, solumquam jam consideramus, quæque definitur Materia ex qua aliquid fit, constat, vel producitur atque vel est Compositionis, vel generationis: omnis enim Forma, ut infra Ostendetur, vel est Substantia vel Accidens sive Modus: quando Forma est Substantia, solummodo Materiæ tanquam ejus compars, ad idem totum constituendum conjungitur; et hac Materia est Materia Compositionis: quando vero Forma est Accidens seu Modus, tunc in ipsa Materia virtute alicujus efficientis producitur; atque Materiam in qua ita producitur, quoddammodo modificat, et hæc Materia vocetur Materia generationis: vel sic, quotiescunque Forma sive Substantialis sive Accidentalis Materiæ adjungitur natura, non Arte aut casu vocatur generatio; quoties vero Arte aut Casu adjungitur, Compositio.

Secundo dividit Maa in prima et Secunda et ille rursus in absolute primam et prima Secundi Quid.
Maa absolute prima, quae alias Informis appellat, e Simplex Maa ab oi Forma abstracte considerata: Maa prima secundi quid e Maa cu aliqua quidem Forma conjuncta, sed quae respectu ulterioris compositionis, seu Maa magis compositae simplex dicit.
Maa secunda e Maa mixta et composita Altera Totius Essentialis pars Forma dicit, quae a Peripateticis definit id per qd res e id qd e, huj definitionis hic ee sensus videt; nempe Maa dici potest t id per qd res id qd e, quatenus ad totius constitutionem aeque concurrit ac ipsa Forma; vero per Maam quae tales res o constituunt in tali v tali specie, ab aliis rebus distinguunt; hoc a debent Formae soli, per quam res quaeque talis v talis Specifice Nat, et hactenus a rebus alterius Speciei distinguunt. Forma v e Substantialis v Accidentalis Forma Substantialis e Ens aliqd per se subsistens, v Substantia, quae Maae superaddita compositu aliqd in certa specie constituit

qualis ē Anima humana.

Forma Accidentalis ē Accidens aliqd, aut pluriu Accidentiu Predicamentaliu Maam varie Modificantiu et determinatiu complexio.

Forma Substantialis v̄ ē Maalis v̄ Imalis haec a Maa ō ita dependet quin ab eads separata, secundu jam constituti reru ordinem possit ee et operari: ut anima humana: illa a Maa ita dependet v̄ ita ad unions cu Maa destinats ut ab eads separata nec operari nec existere quidam possit: ō itaqz Formae Maales dicunts quasi ipsae forent extensae sd oblantam sua a Maa quia extensae dependentiam.

Totu Integrale dividits in Continuu et Contiguu: Continuu ē cujq partes reali et areto quodam nexu cohaerent: Contiguu seu Discretu ē cujus partes nullo reali, sed cu summu rationali nexu conjunguntr.

Totu Integrale etiam dividits in Homogeneum seu Simulare, et Hetrogeneum seu Dissimulare: Totu Homogene ē cujus partes sunt ejusdem nominis et Naae; Heterogene ē cujq partes diversae st Naae

Caput Decimu Septimu

De.

Necessitate et Contingentia.

Necessitas ē Attributum, cujq ratione Ens ita existit, ut ō possit ō existere, veluti Deus Optimus Maximus, qui nulla ratione aut suppositione concipi potest tanqm ō existens.

Contingentia ē Attributum cujq ratione Ens ita existit ut possible sit ids ō extitisse aut amplius ō existere hujqmodi st oīa Entia creata.

Necessitas vulgo dividitr in Simplicem, quæ etiam absoluta, Intrinseca, et Consequentis dicitr, et Necessitatē secundm Quid, quæ Hypothetica, Extrinseca, et Consequentiæ appellatr

Necessitas Simplex ē qua res ita existit, ut sine contradictione seposita ōi Hypothesi, ō possit ō existere hac necessitas Soli Deo competit

Necessitas secundm quid ē qua posita hac v illa conditione, necesse ē hoc v illud existere, qd tamen ex sua nāa ō magis ad existendm qm ō existendm determinā

Caput Decimum Octavum

De Mutabilitate et Immutabilitate

Quemadmodum Necessitas et Contingentia respiciunt existentiam, sic Mutabilitas et Immutabilitas reliquas affectiones. adjuncta nimirum et Operationes.
Immutabile est cui nihil praeter essentiam addi aut detrahi potest.
Mutabile est cui aliquid praeter essentiam addi potest aut detrahi.
ut supra Necessitatem divisimus in absolutam et Hypotheticam, sic quoque dividi solet Immutabilitas, quae a nonnullis dicitur Necessitas quoad Attributa sive operationes. Immutabilitas sive Necessitas ratione Attributorum sive operationum Absoluta est qua res ita se habet respectu suorum Attributorum et operationum, ut, sine aliqua Conditione posita, ex sua plene Natura Nullam mutationem admittat: et Ens Absolute immutabile, sive nerum ratione Attributorum nullam horum additionem aut Diminutionem admittere potest: et eodem modo Immutabile ratione Operationum nunc agere et nunc non agere, nunc hoc agere, nunc aliud; sed quod semel agit, semper agit: haec Immutabilitas in solo Deo reperitur, quia absolute simplex omnem compositionem sive exsuibt,

et Adjuncto, sive ex Actu et potentia pro-
rsus respuit.
Immutabilitas sive Necessitas quoad
Adjuncta sive Attributa et operationes
Hypothetica e; quia, positis quibusdam
conditionibus, et o aliter, hoc v istud mu-
tari nequit.

Caput Decimum Nonum.
De.
Finitudine et Infinitudine

Perfectam infiniti Ideam sive concept.
formare nequit ulla Mens creata et Im-
perfecta; nec praeter Infinit. nulla Infi-
nit. comprehendere valeat, nec propte-
rea perfecte definire; attamen pro Imper-
fecta nostrae infinitudinis apprehensio-
ne, talem qualem ejusdem Umbralit.
descriptionem assignare conabimur.
Infinitudo itaqz e Attribut. Entis
quo dicit. oes perfectionis limites
longe transcendere. v Infinit. e quod.
H. e, quant. ee aut concipi potest.
Hinc constat quid sit Finitudo et Finit.
qd nempe intra limites quosdam perfe-
ctionis continet. v o H. e quant. ee v con-
cipi potest, vel aliqua conceptibili perfec

-tione caret.

Caput Vigesimum
De
Realibus Entis Affectionibus.

Hactenus de Notionibus Entis affectionibus, tam simplicibus qm Combinatis, jam de realibus agendum: Notandum est interim esse nonnulla quæ qmvis proprie non sint reales Entis affectiones, quasi tamen Affectiones in Tractatu Metaphysico haud absurde considerentur, nec non inter affectiones reales enumerentur, eo quod ab ipsis realiter distinguatur unumquodque Ens verum: cujusmodi sunt Entia Rationis sive non Entia quæ tractantur in Metaphysica tanqm Entis similia et opposita: de hisce sub finem hujus Tractatus acturi, consultum ducimus hoc præmonuisse, ne quis existimaret, nos perperam non Entia cum propriis et vere realibus Entis affectionibus confundere.

Caput Vigesimum Primum.
De
Causa et Effectu

Inter reales Entis affectiones eminent Causa et Causatum, Finis et Destinatum. Enumero causarum excludimq Materiam et Formam causas Internas vulgo dictas

quippe quia Causæ ō proprie et, sd parles.
excludimus etiam finem; quia neque
hic c[illegible] definitionibus infratradendis con
venit ut postea ostendetr.

Causa itaq; Efficiens quæ sola proprie
causa e definitr Principium a quo aliqd
vere ipsius virtute sive efficacia ad ee
ad ee perducitr et in eodem conservatr.

Effectus sive Causatū e qd a Causa vere
ipsius virtute sive efficacia ad ee ad ee
perducitr aut in eod. conservatr:

Effectus easds patitr divisiones quas pati
tr Causa: quamobrem c[illegible] ex divisionibus
Causæ facile colligantr divisiones effect[illegible]
in istis acquiescemus.

Oīs causa effectū suū producit mediante
aliqua efficacia seu Virtute (ut ex defi
nitione patet) quæ efficacia seu virtus
Causalitas vulgo appellatr.

Hæc Causalitas considerari potest v̄ quate
nus in Causa residet v̄ quaten, ab eads
exercitr; priori modo nihil aliud e quam
perfectio, vis, Aptitudo sive potentia Causæ
v̄ si mavis ipsa Causa considerata ut ad
effectū producendū apta. posteriori sensu
e ejusdem activitas v̄ actio.

Haec atio qdo qz ab opere producto realiter distinguitz quando opus et actio st unu et idem; ut cu opifex producit opificium opus ab atione Opificis realiter distinguitz; qdo vero hēo cogitat cogitatio ē ipsius in actu cogitantis actio.

Ex naa causa et Effectus rite introspecta dr 1ᵒ primo ō spr qmvis nonunqm cu temporis prioritate cōjungitz. 2ndo patet nihil ēē causam sui ipsius: cu hoc dicendo aliqd simul existeret et ō existeret, qd absurdu.

Tertio patet nihil productu posse ēē duratione aeternum, seu ab aeterno extitisse: quicquid ē ab aeterno existit, nunqm ō fuit qd ā producitz a ō ēē ad ēē perducitz.

Quarto patet duas res ō posse ēē sibi mutuo causas, ū in causando ō dari circulu.

Sedulo cavendu ē ne Conditio sine quâ ō, alias Conditio prae requisita fundatur cu causa: cu sint distinctissima: Conditio ē sine qua ō in effectu positive ō influit: nec realē virtutem exeret, veru impedimenta solummodo removet, atqz nerio requiritz ad rei existentiam.

Caput Vigesimu Secundum.
De
Causaru Subordinatione.

Inter causas datz quaedam subordinatio, quâ una ab altera dependet, et una dici=

:tur

tur altera prior, ū posterior: in qua sub ordinatione detur quidem series saltis longior nunqm̄ tamen Infinita: hinc ē effatū istud verissimū in Causarū Subordinatione ō datū progressus in infinitū: cujus veritas variis Argutis demonstrari potest, primo nulla datur Series tam longa quin amplius sp̄r augeri potest posito ē ultimū effectum existere; nihil impedit quo minus aliū adhuc effectū producat, et iste ālius adhuc alium et sic deinceps: qd ā augeri potest ō ē infinitum. Secundo quicquid constat partibus ē finitum: ōis ā causarū series constat partibq, Causis nempe quarū una ab alio dependet: Er ōis causarū Series necessario ē finita. Tertio in Serie Causarū infinita, nunqm̄ pervenire liceret ad primam, ab ultima ascendendo ordine retrogrado: ist hoc ē absurdū: Er: Prob: Min: Si nunqm̄ pervenire liceret ad Causam primam tunc ō daretū prima, et sic ōis causa ab alio dependeret: sd hoc ē absurdissimū: absurdissiū est inqm̄, ōem causam ab alio dependere: quia hoc modo dua causæ necessario sibi invicem essent causæ, hoc ē, una produceret alteram, et hæc priorem. Hæc Causarū Subordinatarū dependentia triplex ē, ū quoad existentiam, ū quoad Causalitatē ū quoad utramq;: primo modo dependet Pater ab Avo, Avus a Pro:

: cuo &c: Secundo modo ve Instrumenti a causa principali
Tertio modo dependet ois causa Secunda a prima.
Ratione huj9 dependentiæ et subordinationis distinguit Causa in Primam et Secundam, ut et in Proximam et remotā
Causa Prima v̄ ē absolute talis, quo sensu Solus Deus dicit Causa prima, qua oēs aliæ Causæ a Deo dependent tūm quo ad existendū, tū que ad operandū: v̄, ē prima in Suo genere, quo sensu Adam9 dicit Causa prima oīū hoīū.
Causa Proxima ē quæ producit effectum, nulla alia Sui ordinis, aut cujus v̄is ordinis interveniente: hæc absolute proxima illa proxima in Suo genere appellat. Causa vero remota ē quæ mediante alia ipsius ordinis effectū producit.
Hinc constat ve Ens v̄ ee Causam v̄ Causatū; quicquid ē existit in rerū naā, prœter Deū, ē Dei effect9 et Deus ē oīū a se distinctorū Causa: ac propterea ve Ens v̄ effectum habet, v̄ Causam: hinc clare Sequit Causam v̄ Causatū ee affectiones uniuscujusq Enti competentes. Constat insu per effectū ee realiter distinctū a Sua causa, et vice versa, ac propterea hanc affectionis alterig. plane ee Naā qm st Notionales

Caput Vigesimum Tertium De Causis particularibus Secundum varias earundem Divisiones

Causae primo dividuntur in Immanentes et transeuntes: Causa Immanens est quae producit effectum in se: ut Mens respectu suarum Cogitationum: Causa transiens est quae producit effectum extra se ut opifex respectu sui opificii

Secundo Causa dividitur in Procreantem et conservantem illa rei non antea existenti dat existere: haec dat Enti hactenus producto in suo esse perseverare

Causa procreans vel est generans, vel Creans: illa producit effectum ex materia habili, hoc est, quae secundum naturae leges tali effectui recipiendo apta nata est: haec producit effectum vel ex Materia prorsus inhabili, vel ex puro nihilo; ejusque Causalitas dicitur Creatio; quae, quando versatur circa Materiam prorsus inhabilem, dicitur Mediata; quando vero ex puro nihilo effectum producit vocatur Immediata: tam mediata, quam Immediata virtutem et perfectionem infinitam Causae exigit; quippe Infinita disproportio inter aliquid et nihil superari nequit, nisi per virtutem Infinitam

non Minor Virtus requiretz ad Entia
hactenus producta conservandum.
qm ad eadem ex nihilo primitus pro
ducend7. Causa Conservans, Positive
et Physica efficacia influit in effect7,
ac propterea nulla ē Causa Annihilans
ut quidam contendunt, c7 ex mera neg
atione influxus Causæ conservantis,
neriō sequitz Annihilatio.
Tertiō dividitz Causa in Contingentem
et neriam: Contingens ē quæ indifferent
er se habet ad Causand7, v o Causand7,
hoc Causand7 v aliud: Causa neria ē
quæ ad aliqd causand7 tam neriō deter
minatz, ut ō possit idem ō Causare
Causa Contingens dividitz in liberam
et Simpliciter contingentē
Causa libera ē Causa rationalis, quæ ex
rationali libertia id ē scienter et vol
enter effect7 producit. qualis ē Deus
Angelus Homo: Simpliciter ā Contingens
ē Naālis, v Spontanea hæc Brutis, illa relig
inanimatis competit. Tam neria qm Con
tingens Causa, talis ē v quoad Speciem
v quoad exercitii7: huic competit Indi
fferentia v Necessitas Contradictionis, illi
contrarietatis vulgo dicta.
Indifferentia seu libertas quoad

v

Libj

sive Contrarietatis ē qua Causa indiff-
erenter se habet ad hoc, v ejus Contrariū
aliud quid producendū: et hoc iterū v quoad
Actionis speciem, v quoad Obtū: prioris
exelū est libertas Petri, qui potest, v ama-
are v odio habere Paulū. Posterioris ē
libertas ejusdem Petri, qui amare po-
test v Paulū v Titum, v aliū quempiam
Necessitas quoad Speciem ē qua Causa ita
ad hanc praecise actionem determinatr
ut ō possit ejus contrariū elicere.
Indifferentia seu libertas quoad exer
citiū, sive Contradictionis ē qua Causa
Indifferens ē ad agendū v ō agendū possitq
v agere, v ō agere.
Necessitas Contradictionis ē, qua Causa
ita ad agendum determinatr, ut ō possit
ō agere. Causa Necria v determinatr ab
Extrinseco prorsus, contra Naals propen
sionem (haec ā determinatio, coactio et
Causa hoc modo determinata vocatr coa
cta) v determinatr a principio Intrinseco,
eoq3 v spontaneo tū, et spontanea causa,
v rationali, et proprie libera vocatur.
Hinc sequitr primo, Nam Causa libera
v spontanea ita determinetr v quoad
speciem, v quoad exercitiū, ut ō possit ō
rere aut contrariū; hactenus itaq3 ē libe

ra quatenus ex principio Intrinseco agit
necia tamen quatenus necio determinatur
secundo sequitur oem determinationem
ab Extrinseco n ee coationem, verum eam solu
mmodo, quae e contra rationalem liben
tiam, aut spontaneitatis: quaedam e deter
minatio ab Extrinseco optime convenire
potest cum libertate cum spontaneitate.
Caeterum si Causa consideretur ut adeo libera,
ut nec ab extrinseco nec ab Intrinseco ad
Effectum producendum, aut n producendum deter
minetur, quin contrarium pro Arbitrio elige
re possit, dicitur proprie Indifferens; qualis
Causa praeter Deum Solum, nec e nec ee possit, ois e
Creatura quantumvis libera a Deo in oibus
suis actionibus determinatur.
Quarto Dividitur Causa in Causam per se, et
Causam per Accidens. Causa per se e, quae
producit effectum secundum naturae suae pro
pensionem aut propositum Consilium. Causa per
Accidens e quae producit effectum praeter propositum aut nat propen
Ex Definitionibus Causae per se et per Acci
dens, patet utramque ee duplicem: Causa
e per se n agit secundum nae suae propensio
nem tm, sine Consilio aut prava inten
sione et commode satis dici potest Causa
per se naalis: n agit secundum Consilium, et di
ci potest Causa ... Casualis: Causa
quoque per Accidens producit suum effectum

ū praeter Naturalem propensionē tantū sive Consilio, et vocatū Causa Casualis: vel producit effectū praeter Consiliū, et vocatū Causa Fortuita: Fortuna ā Creaturis Rationalibus, Casus irrationalibus proprie attribuitur. Hinc constat verū ēē effatū istud, Effectus per Accidens, productus sp̄r supponit defectū in Causa Accidentali, ū Consilii nempe ū potentiae: ū Ergitū istiusmodi effectus Deo attribuendus, qui Causa ē perfectissima, Sapientissima Potentissima.
Quinto Dividitū Causa in Principalem et minus Principalē: Causa Principalis sua virtute effectū producit: minus Principalis virtute alterius effectum producit.
Causa minus Principalis subdividitū in Impellentem et Instrumentalem. Causa Impellens, alias Impulsiva et Movens ū intrinsece movet, et Proegumena; ū extrinsece et Procatartica appellatū.
Causa Moralis ē Causa extrinsece hortando et suadendo principalem ad agendū movens. Causa Instrumentalis sive instrumentū ē quae Causae principali in agendo subservit: ū ut ita Loquar quae causa Principalis utitū, tanqm vehiculo quo efficaciam et virlutem suam in Effectu producendo exercet.
Subdividitū vulgo in Physicam et Mora

lem: Causa Instrumentalis Physica e, qua virtutem aliqm a Causa Principali dependentem in Effectus productione exerit: Causa Instrumentalis Moralis ē quae ō realiter influit in Effectum, sed qua praesente, hortante, suadente, ut Spectatores fides habeant, effectus alterius plane virtute producits: tales Causa olim fuerunt Propheta et Apostoli miraculor7 istor7 a Deo immediate productor7: tales et Ecclesiae Pastores respectu Salutis Electorum. Sexto dividits Causa in Totalem et Partialem: Causa Totalis ē qua in suo genere integr7 effect7 producit.
Causa Partiales, (alias Sociae, Sociales, et Concausae) sunt quae plures ejusdem ordinis, ad eunds effect7 produiend7 concurrunt.
De duobus hisce Causar7 Speciebus Canon ē verissimus unus ejusdemqs effectus ō possunt ēē plures Causae Totales Coordinatae, possunt tamen ēē plures v totales diversi ordinis v partiales ejusdem ordinis
Septimo dividits Causa in Ulem et Parls:
Causa Ulis ē quae uno eodemqs actu oia producit conservat, et gubernat: causa Parlis ē quae hunc v istu effect7, hoc v isto actu distincto producit
Observand7 ē quamlibet Causam Principalem ēē suo effectu perfectiorem; quippe

